

Stephanus Galdeti

*Utrum aliquid esse, fore vel fuisse
possit Deus intelligere contingenter*

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
09.10.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Utrum aliquid esse, fore vel fuisse possit Deus intelligere contingenter

Arguitur primo quod non, supponendo quod omne preteritum necesse
est esse preteritum. Tunc contra questionem: si B fuisset ante instans
5 presens, Deus non contingenter, sed necessario inntelligeret B iam fore,
esse, vel fuisse. Sed Deus quantum est ex parte sui non aliter intelligit
B aut aliud quando est preteritum etc.

Maior patet ex suppositione.

Minor patet per AUGUSTINUM 15 *De Trinitate*, || capitulo 33,
10 dicentem “quia scivit creavit, non autem quia creavit scivit, nec aliter
scivit creata quam creanda” et 83 *Questionum*, questione 77: “apud
Deum nichil est presens aut preteritum, sed omne est presens apud
Deum”.

P2 61r

Secundo sic: intellectio qua Deus intelligit B fore vel fuisse est
15 omnino immutabilis, ergo nullo modo est contingens vel non necessaria.
Consequentia probatur signatis istis quattuor terminis contradictoriis
incomplexis: ‘necessarium’, ‘non necessarium’, ‘immutabile’, ‘non
mutabile’. Si ista duo extrema convertentur, necessarium et immutabile,
tunc alia duo extrema convertuntur, scilicet non necessarium et non
20 mutabile, et sic, si extrema repugnant, et alia conformiter repugnabunt.

Confirmatur: sicut se habet necessarium ad non necessarium, sic
se habet mutabile ad non mutabile, sed antecedentia sibi repugnant
formaliter, igitur et consequentia. Patet per ECLIDEM et CAMPANUM
45.

Tertio, si Deus intelligeret contingenter B esse, fore, vel fuisse, aut
hoc esset postquam esse ipsius B esset lapsum in preteritum, aut cum
non esset lapsum in preteritum. Primum non potest dici ex suppositione.

Nec cum B esset aut erit, nam tunc intelligere Dei intrinsecum
respectu B fore vel fuisse succederet in eternitate nec primus actus
30 existeret simul cum secundo, et sic non esse in eternitate per diffinitionem
eternitatis.

Quarto, qualitercumque intrinsece est in Deo taliter est necessario.
Sed, si deus intelligat B esse, fore vel fuisse, aliquid est in Deo

1 utrum] habet alica de hiis que in secunda ab isto et a BRAQUIN vide *add. in*
marg. sup. sed del. P1 ; in quodam sisterno *add. in marg. sup. sed del. P1* ; de
ASTO non † in † *add. in marg. P1* 3 primo] *iter. in marg. P1* 4–5 instans
presens] presens instans P2 10 scivit¹] et *add. sed del. P1* 14 secundo]
iter. in marg. P1 16 quattuor] *om. P2* 19–20 non mutabile] immutabile
P2 25 tertio] *iter. in marg. P1* 32 quarto] *iter. in marg. P1*

intrinsece qualiter non esset si Deus non intelligeret B esse, fore, vel fuisse. Igitur, si Deus intelligat B esse, fore vel fuisse Deum sic intelligere est necessario. Minor probatur: si Deus intelligat B esse, fore vel fuisse, taliter est in Deo quod sic intelligit, et, si Deus non sic intelligeret B esse, fore vel fuisse, non taliter esset in Deo quod Deus intelligeret B fore, esse vel fuisse, igitur minor vera.

Confirmatur, nam dato opposito minoris sequitur Deum intrinsece mutari ex hoc quod intelligeret B fore vel fuisse postquam non intellexit B esse, fore vel fuisse. Sed oppositum || magis sequitur ex eo quod eodem modo se habet sicut si non intelligeret, ideo aliter.

P2 61v

Confirmatur, nam dato opposito minoris sequitur contradictoria simul esse vera. Consequens falsum. Consequentiam probo et pono quod Deus intelligat B fore vel fuisse et quod B secundum nichil sui sit aut fuit, sed secundum omne sui sit futurum, tunc capio ista duo contradictoria ‘Deus intelligit B esse, fore vel fuisse’ et ‘Deus non intelligit B esse, fore vel fuisse’. In casu isto prima est vera, quod probatur: ista significat sicut est et non aliter quam est, nec falsificat se, igitur est vera.

Antecedens arguitur: taliter est in Deo et non aliter qualiter illa significat eo quod secundum ypothesim datam taliter est in Deo et non aliter qualiter esset si Deus non intelligeret B esse, fore, vel fuisse. Sed si Deus non intelligeret B esse, fore vel fuisse, tunc ceteris paribus taliter esset in Deo et non aliter qualiter ista nunc significat.

Igitur et nunc taliter est extra Deum et non aliter qualiter ista significat, eo quod taliter est extra Deum et non aliter, si B sit futurum qualiter esset quantum ad hoc si nullum B esset futurum.

|| Quinto sic arguitur per simile, nam sequitur Deus mutabiliter intelligit B esse, fore vel fuisse, igitur Deus est mutabilis, igitur consimiliter sequitur ‘Deus contingenter intelligit B esse, fore vel fuisse, igitur Deus est contingens’ vel detur ratio diversitatis.

P1 31v

Item, si rei contingenti formaliter repugnaret intelligere necessario aliquid fore, esse vel fuisse subdictis preventionem aut concursu, cuiuscumque alterius cause respectu eiusdem contingetis. Igitur pari ratione rei necesse repugnabit contingenter intelligere aliquid esse, fore vel fuisse vel detur ut prius ratio diversitatis.

Item, si aliquid sit cui incipere esse vel desinere esse formaliter

1 non²] *om.* P2 2-3 Deum — vel fuisse] *om.* P2 9 oppositum] *iter.* P2 11 confirmatur] confirmatio in corollario videbitur probari *add. in marg.* P1 (*in nota* 11 confirmatur]) confirmatio] dubium *add. sed del.* P1 (*in nota* 11 confirmatur]) videbitur] *p. c. sup. lin.* P1 20 B] *om.* P2 26 quinto] *iter.* *in marg.* P1 30 repugnaret] *sil add. sed del.* P1 33 repugnabit] aliquid *add. sed del.* P1

repugnat, illud est necesse esse, igitur si aliquid sit qualiter incipere esse vel desinere esse repugnat illud taliter esse est necessarium et non contingens, vel detur ut prius ratio diversitatis.

Et tunc ultra arguitur si aliquid sit qualiter || incipere vel desinere esse repugnat forma, taliter esse est necessarium, et non contingens. Sed si Deus intelligat B fore, esse vel fuisse, taliter incipere esse formaliter repugnat, igitur Deum sic intelligere est necessarium et non contingens et habetur intentum.

P2 62r

Sexto, si Deus contingenter intelligeret B fore, esse, vel fuisse, tunc Deum intelligere B fore, esse, vel fuisse posset non esse. Consequentia probatur, nam sequitur ‘Deus non intelligit B esse, fore vel fuisse, igitur Deum intelligere B esse, fore vel fuisse non est’. Consequentia nota. Et antecedens est possibile data veritate assumpti, igitur consequens est possibile. Et ulterius sequitur quod Deum intelligere B esse, fore vel fuisse potest non esse.

Consequens tamen arguitur esse falsum sic: nam si Deum intelligere B fore, esse vel fuisse potest non esse, et Deum intelligere B esse, fore vel fuisse omni modo quo est est Deus, igitur Deus potest non esse. Consequentia nota est et maior est concessa.

Et minor probatur sic: si Deum intelligere B esse, fore vel fuisse, alico modo non esset Deus. Sit igitur ille motus A, aut igitur iste motus est in Deo aut extra Deum. Si in Deo et omne quod est in Deo est Deus, per MAGISTRUM, distinctione 33, nam ponit pro regula quod idem est in Deo quod habet et quod habetur excepto eo quod relative predicatur. Habetur propositum quod Deum intelligere B esse, fore vel fuisse illo modo est Deus.

Propterea, dato quod A motus sit in Deo et omne quod est in Deo est summe necessarium, sequitur quod A motus est summe necessarium, et tunc sequitur ulterius quod Deum intelligere B fore, esse vel fuisse sit necessarium et nullo modo contingens.

Si dicatur quod A motus est extra Deum, arguitur quod non, nam per nichil nec per aliquod aliquid sit esse extrinsecum Deo modificatur Dei intelligere intrinsecum, se per A etc., igitur non est extrinsece.

Confirmatur, nam ante omnem creaturam Deus intelligit B fore, esse

1 qualiter] aliquid P2 2 vel desinere esse] om. P2 necessarium]
 vel add. sed del. P2 4 tunc] al add. sed del. P2 5 taliter] sup. lin.
 P2 9 sexto] iter. in marg. P1 14 Deum] necessitare add. sed del. P2
 16 consequens] de Deo creante alias facere add. in marg. P1 si] sup. lin.
 P1 17–18 Deum intelligere — fuisse] om. P2 18 est¹] de add. sed del.
 P2 20 Deum] p. c. P2 22 omne] esse P2 27 propterea] probatur
 P2 motus] sup. lin. P1 31 si dicatur] aliud membrum add. in marg. P1
 33 Dei] de P2 34 fore esse] esse fore P2

vel fuisse, sed ante omnem creaturam nichil nec aliquid esse fuit extra Deum, igitur A motus non est extra Deum.

Ad idem septimo Deus infinite intelligit B esse, fore vel fuisse, igitur non contingenter, || sed necessario intelligit B esse, fore vel fuisse.

P2 62v

- 5 Antecedens patet ex eo quod intelligere quo Deus sic intelligit infinitum est. Et consequentia probatur. || Et consequentia probatur sic: Deus infinite intelligit B fore, esse, vel fuisse, igitur sic intelligere infinite remotum est a non esse. Et quantum remotum est a non esse tantum sibi repugnat non esse, igitur infinite sibi repugnat non esse et ultra, igitur sic intelligere non potest non esse. Et, si sic, Deus non contingenter intelligit B esse, fore vel fuisse. Ultima consequentia patet ex premissis in argumento precedenti.

P1 32r

Prima autem consequentia illius argumenti probatur sic vel confirmatur sic: si solum Deus intelligeret finite B esse, fore vel fuisse, aliquantam fermitatem haberet Deus in sic intelligendo, igitur, si infinite intelligeret Deus B esse, fore vel fuisse, infinitam haberet fermitatem in sic intelligendo. Ex quo ultra ad propositum principale, igitur non potest non sic intelligere, et per consequens non contingenter B fore, esse, vel fuisse. et habetur intentum.

- 20 Octavo ad principale ad modum illorum qui multitudinem et diversitatem rationum ponunt in Deo, Deus immutabiliter intelligit B fore, esse vel fuisse, et non quatenus sic intelligit, nam tunc quilibet sic contingenter intelligens immutabiliter intelligeret. Consequens falsum, igitur immutabiliter intelligit quatenus sic necessario intelligit.

- 25 Consequentia patet per hoc quod omnis ratio in Deo est ratio necessitatis vel contingentie, sed ex ratione contingentie non sic intelligit, igitur ex ratione necessitatis. Et tunc ultra Deus immutabiliter sic intelligit eo quod necessario, igitur Deus necessario intelligit.

- Confirmatur sic: Deus Pater intelligit necessario B fore, esse, vel fuisse, igitur quilibet persona divina sic intelligitur. Patet consequentia. Et antecedens probatur, nam si Deus Pater intelligeret contingenter B fore, esse, vel fuisse, et non aliter esset quam intelligeret, sibi repugnaret habere esse et non ex alio notum est. Sed eque est omnis modus intelligendi in Patre, non ab alio, sicut aliquis modus essendi in eodem, igitur repugnat contingentia intelligendi omni modo Patri vel || esse in Patre, nam ex hoc quod talis modus essendi est et non ab alio tali

P2 63r

3 septimo] *iter. in marg. P1* 6 et consequentia probatur¹] *om. P2* sic] *om. P2* 15-17 igitur — sic intelligendo] *om. P2* 20 octavo] *iter. in marg. P1* 34 in²] *eodem add. sed del. P1* 35 vel] *iter. P2* 36 nam] *sup. lin. P1*

modo essendi repugnat contingentia, ergo pariter tali modo intelligendi repugnat contingentia cum sit, et non ab alio.

Nono ad principale: eodem intelligere pure intelligit Deus complexe et incomplexo B fore, esse, vel fuisse, et B. Sed intellective simpliciter
 5 necessario et nullatenus contingentia intelligit Deus B incomplexo, igitur intelligere non contingentia intelligit complexe B fore, esse, vel fuisse.

Assumptum, quod eodem intelligere etc. nam aliter aliquod intelligere Dei non esset sapere nec esset beatificum. Patet etiam ex hoc, nam aliter sequitur quod Deus cognoscens incomplexo possibilia solum non
 10 futura extra se non esset ex hoc sapiens ac beatificus. Etiam in Deo essent plura esse substantialia.

Hoc etiam videtur contra BOETIUM dicentem *De consolatione*, prosa ultima, de Deo quod “uno eodemque mentis intuitu tam necessaria quam non necessaria dignoscit”.

Oppositum patet, nam, si Deus nichil esse, fore, vel fuisse posset
 15 intelligere contingentia periret rerum contingentia, nec esset in actibus humanis contradictionis libertas. Consequens patet falsum per multas actoritates tam sanctorum tam doctorum quam philosophorum. Patet consequentia, nam de quolibet sequitur ‘Deus intelligit hoc esse vel fuisse,
 20 igitur hoc est, vel fuit, vel erit’. Si igitur antecedens esset necessarium et consequens esset necessarium, nam ex necessario non potest sequi contingens.

|| In hac materia recitatur opinio domini CANTUARIENSIS, qui
 25 DOCTOR PROFUNDUS vocatur, contra quam arguitur. Deinde ponitur opinio propria.

P1 32v

Opinio illius doctoris est quod Deus esse futurum quod nondum est summe contingentia intelligit fore, esse, vel fuisse. Quod autem ista sit opinio sua declaratur, nam Deus cuiuslibet futuri Deus est prescius per illud quod illud futurum volendo efficit. Sed quilibet talis Dei volutio
 30 ad extra summe contingens est ad utrumlibet, igitur quodlibet tale futurum contingentia intelligit Deus esse, fore, vel fuisse. Maior et minor probantur ab isto doctore in *Summa* sua.

3 nono] *iter. in marg. P1* eodem] n *add. sed del. P2* Deus] B *add. sed del. P1* 8 etiam] *sup. lin. P1* 8-9 nam aliter sequitur] *sup. lin. P1* 9 quod] si *add. sed exp. P1* Deus] g *add. sed del. P2* 13 uno] quoque *add. sed del. P1*; unoquoque *P2* eodemque] *sup. lin. P1*; eodem *P2* 15 oppositum] *iter. in marg. P1* vel] for *add. sed del. P2* 20 si] s *add. sed del. P1* antecedens] p. c. *P1 P2* 23 recitatur] p. c. *P1*; recitabo a. c. *P1* Cantuariensis] mens BREDWARDINI de actu contingentia divine voluntatis *add. in marg. P1* 26 esse] omne *P2* 29 illud¹] quod *add. sed del. P1*

Minor specialiter libro 3, capitulo 4, ubi diffinit contingens ad utrumlibet, et capitulo 6 de hoc vide, unde secundum eum, quia talis volutio respectu alicuius futuri est producta a voluntate divina. Et secundum eum posita illa voluntate cum omnibus || circumstantiis
 5 previis ad productionem illius volutionis sive contingenter ad utrumlibet staret illam volutionem non produci, ideo ponit illam volutionem esse summe contingentis equaliter et ad utrumlibet et nichil aliud esse contingens equaliter.

P2 63v

Et exinde ponit quod aliqua consequentia est bona que non est
 10 necessaria simpliciter nec necessaria, ut nunc, sed contingens equaliter, scilicet hec voluntas Dei est cum omnibus dispositionibus requisitis ad productionem volutionis divine respectu B ad extra, igitur talis volutio est. Hoc consequens diceret ille doctor sequi ex antecedente nec necessario simpliciter nec necessario ut nunc.

Contra illam opinionem quadrupliciter arguitur: primo ostendendo
 15 quod talis volutio Dei non sit producta, secundo quod non contingenter, tertio quod Deus non est prescitus futurorum per velle productum seu volutionem talem respectu eorundem, quarto quod illud concessum de consequentia bona non necessaria simpliciter nec ut nunc non sit verum.

Ad primum sic: si talis volutio a volitiva Dei potentia produceretur,
 20 illa volutio ipsam potentiam volitivam Dei actuaret et esset ab illa realiter distincta. Et ultra: igitur voluntas Dei de sui natura esset potentialis, quia per volutionem ab ipsa distinctam esset actualiter talis, et per consequens Deus non esset actus summus, sed potentia cum actu et actus cum potentia. Obmittatur ulterius deductio.

Item, Deus Pater se ipso aliquid vult ad extra fore, esse, vel fuisse, et per consequens non per tale velle ipse vult nec etiam aliqua divina persona. Assumptum patet, nam seipso scit aliquid esse, fore, vel fuisse, aliter non esset seipso summe sapiens etc.

Augitur: se ipso vult aliquid esse, fore, vel fuisse, cum ipse sit
 30 penitus improductus secundum eundem doctorem, libro 3, capitulo 6, ubi primum productum in Deo esse verbum, sequitur Deum Patrem velle actu improducto.

Tertio sic: aliquid obiectum volubile potest Deus velle, licet respectu
 35 illius non producat aliquid velle, igitur pari ratione quodlibet obiectum volubile potest Deus velle absque velle sic producto. Consequentia nota

15 contra illam opinionem] contra opinionem *add. in marg. P1* **16** sit] est
P2 **19** bona] *sup. lin. P1* **23** esset] e *add. sed del. P2* **27–28** et
 per consequens — fuisse] *om. P2* **31** improductus] cum *add. sed exp. P1*
32 primum] dictum *add. sed del. P1*

et antecedens probatur per eundem doctorem libro et capitulo allegatis, ubi dicit quod Deus vult velle sic productum non per velle productum, igitur pari ratione quodlibet obiectum volubile.

Aliter, nam Deus Pater ante omne productum in Deo diligit se et Deum Patrem diligere se est Deum Patrem velle se, igitur.

Assumptum patet, nam Deus Pater ante Verbi productionem diligit se et Verbum est primum productum in divinis, igitur. Ad hoc assumptum || patet, quia Pater diligit se et non per Filium aut Spiritum Sanctum neque per aliquid posterius hiis, ex quo patet intentum.

P2 64r

|| Contra secundam partem positionis arguitur, scilicet probando quod talis volutio non sit contingenter producta sic: si posita voluntate Dei cum intelligere Dei incompleto aliisque previis ad productionem volutinis divine respectu alicuius ad extra sive contingenter staret vel stetisset ipsam non produci, tunc volutio Dei respectu talis rei ad extra fuisset causaliter producta. Consequens falsum, nam tunc omnes res extra Deum fuissent causaliter producende, et tunc temere et sine prudentia fuissent producte vel producende.

P1 33r

Patet consequentia per beatum AUGUSTINUM 83 *Questionum*, questione 24, ubi dicit “quidquid casu fit temere fit quidquid temere fit non fit prudentia, si igitur casu aliqua fuerit in mundo non prudentia seu providentia universsus mundum administratur”. BOETIUS 1 *De consolatione*, prosa 6 casum negat in regimine mundi, et ARISTOTELES casum negat in corporibus celestibus, ut patet 2 *Physicorum*, quanto magis in Deo.

Secundo sic: si talis volutio libere contradictorie esset producta, tunc in Deo esset aliquid productum quod non est Filius nec Spiritus Sanctus. Consequentia nota est, nam tam Filius quam Spiritus Sanctus necessario et nullo modo contingenter est productus et talis volutio non necessario, sed summe contingenter est producta, per doctorem illum, igitur talis volutio non est Filius nec Spiritus Sanctus.

Hoc consequens videtur ille doctor concedere manifeste, capitulo 6, 3 libri, ubi dicit quod talis volutio respectu A ad extra aut alterius rei procedit a prima voluntate Dei quam dicit esse Spiritum Sanctum et ipsam primam voluntatem, id est Spiritus Sancti, sequitur et sic Spiritu Sancto posterior est, et per consequens nec Filius nec Spiritus Sanctus talis volutio est.

Quo consequente dato sequitur quod in divinis est quaternitas rerum

1 doctorem] a *add. sed del. P1* 10 contra secundam partem] *iter. in marg.*
P1 20 casu] causa P2 aliqua] alique P2 22 6] et Aristoteles *add. sed del. P1* 25 secundo sic] *iter. in marg. P1* 32 talis] nol *add. sed del. P2*

distinctarum, quod dampnatum est ab Ecclesia, *Extra de summa Trinitae et fide catholica*, capitulo ‘Dampnamus’. Consequentia patet pro tanto, nam tunc in Deo esset Trinitas productorum et cum eis esset unitas producentis, scilicet Patris.

5 Tertio, si talis volutio esset contingenter producta, sequitur quod res || tam necessaria ut est divina essentia esset contingenter producta ad extra. Patet consequentia, nam talis volutio est tam necessaria ut divina essentia. Probatur sic, nam si producta tali volutione in Deo respectu A, A non poneretur, sequitur Deum esse mutabilem, ut ponit
10 libro 3, capitulo 32, igitur ex non esse talis volutionis in Deo respectu A sequitur Deum esse imutabilem, igitur tam magnum impossibile quam magnum est divinam essentiam non esse etc. Patet deductio.

P2 64v

Item, respectu cuiuscumque rei a Deo producende est in Deo ratio dictativa in Deo ut scilicet Deus velit illam rem esse, fore vel fuisse,
15 igitur ratio talis dictativa huius volutionem respectu talis rei antecedit aut igitur distincte tali ratione ut Deus velit A fore, esse, vel fuisse staret Deum non velle A esse, fore vel fuisse, aut non. Si non, tunc talis ratio dictativa est huius volutionis necessitas antecedens, igitur talis volutio respectu talis rei est necessaria et nullo modo contingens
20 seu contingenter producta, si vero stante tali ratione staret huiusmodi volutionem non esse, tunc posset ratio practiva divina frustrari.

|| Item, necessitas consequens talis volutionis tanta est quanta est necessitas qua necesse est Deum esse, ut arguebatur, igitur necessitati consequenti illius volutionis formaliter repugnat contingentia.
25 Confirmatur: res finita presentia existens pro indivisibili mensura est realiter necessaria, quia omne quod est, igitur res infinita si in eadem mensura existat pro illa mensura presenti infinite necesse est et ultra secundum istum doctorem omne quod est in Deo necessarium respectu alicuius mensurae eque fuit necessarium aut erit respectu cuiuscumque
30 mensurae preterite vel future, ut satis patet ex dictis illius doctoris, capitulo 34, 3 libri.

P1 33v

Hec contra illam secundam partem positionis.

|| Contra tertiam partem oppinionis arguitur probando, scilicet quod
35 Deus non est prescitus futurorum per hoc quod vult ea fore. Et arguitur primo sic, quam primo est dicere complexum futurorum quoad suum

P1 34r

5 tertio] *iter. in marg. P1* 7 ad extra] *sup. lin. P1* consequentia]
sup. lin. P1 13 item] quarto *add. in marg. P1* rei] *est add. sed del. P1*
14 Deo] respectu *add. sed del. P1* 16 fore] *s add. sed del. P2*
25 indivisibili] indivisibilia P2 33 contra tertiam partem] *iter. in marg. P1*

fore in verbo tam previo est Deus prescitus futurorum, igitur non per hoc est prescitus || futurorum quod tali volutione vult illa fore. Obmitto hanc. P2 65r

Ad idem, si Deus esset prescitus futurorum per volutionem talem
5 respectu eorundem contingenter productiva, tunc talis contingentia futurorum esset etiam contingenter producta consequentia, falsitas consequentis potest probari ex similibus argumentis, ut est argumentum contra secundam partem positionis.

10 Tercio, si Deus esset prescitus futurorum per velle eorum contingenter productum quod quidem velle, ut vult iste doctor, est commune tribus personis, sequitur divinas personas intrinsece mutabiles eo quod per tale velle posterius secundum originem aliter se haberent quam ante. Consequens falsum.

15 Quarto sic: sit B unum peccatum futurum alicuius hominis nondum existentis quod sic erit peccatum quod non erit pena peccati precedentis quo posito arguitur sic: qualitercumque B erit, Deus prescit B fore et non qualitercumque B erit Deus vult B fore, igitur Deus non est prescitus B fore per hoc quod vult B fore. Consequentia est evidens et partes antecedentis possent declarari. Obmitto.

20 Contra quartam partem oppinionis qua dicit istam consequentiam esse bonam ‘voluntas Dei cum omnibus dispositionibus suis previis requisitis ad productionem volutionis divine respectu alicuius ad extra ponitur, igitur talis volutio producitur’. Sit tamen quod consequens nec necessario simpliciter nec ut nunc sequitur ex antecedente, nam per
25 ipsum antecedens est simpliciter necessarium et nullo modo contingens. Consequens autem est contingens ad utrumlibet et equaliter.

Contra arguendo ex oppositio consequentis ad oppositum antecedentis, ex possibili sequitur impossibile, quod est contra diffinitionem possibilis datam 1 *Priorum*, que est possibile est quo posito in esse
30 non accidit impossibile.

Item, sequitur aliquam consequentiam bonam, que nec est formalis nec necessaria.

Item, sequitur quod alica est consequentia bona, et tamen oppositum consequentis stat cum antecedente, que non sunt dicenda.

35 || Ponit vel recitat ad articulum conclusiones 6. Prima: omne futurum fore vel fuisse intelligit Deus necessario nullatenus contingenter. P1 34v

Secunda: in futuris actibus viarum libertas contradictionis et

6 consequentia] et *add. P2* 20 contra quartam partem oppinionis] *iter. in marg. P1* 35 prima] prima conclusio *add. in marg. P1* 37 secunda] *iter. in marg. P1*

contingentia ad utrumlibet est || ponenda, aliter non esset imputabilis in actibus malis. P2 65v

Tertia: in consequentia bona et formali ex necessario sequitur contingens. Probatur: posito quod Sortes contingentem peccabit A peccato, tunc stat talis consequentia: ‘Deus intelligit Sortem peccantem peccare vel peccasse peccato A, igitur Sortes peccat, peccabit vel peccavit’. Consequentia bona, antecedens necessarium, consequens autem contingens, igitur propositum.

Aliter sic: in consequentia reali sequi potest res contingens ex re necessaria, igitur in consequentia vocali sequi potest ex necessario contingens. Consequentia patet, quia qualitercumque potest esse in re taliter potest explicari voce. Antecedens patet, nam ex Deo, qui est res necessaria, sequitur res contingens, scilicet creatura.

Item, iuxta opinionem communem hoc est concedendum ponendo in Deo contingentiam ad extra, nam secundum eos in Filio est contingentia ad extra et illa contingentia sequitur ex generare Patris, quod est summe necessariam, et hoc in bona consequentia reali.

Et hoc habent concedere tenentes opinionem communem, scilicet quod actione summe necessaria producitur res contingens, ymo contingentia summa, nam ex generare Patris, quod est actio summe necessaria, summa contingentia, quia contingentia Filii ad extra, que si sit, summa est.

Ad principale sic: in consequentia bona et formali ex antecedente significante, sicut est immutabiliter, sequitur consequens significans, sicut mutabiliter est. Et ex antecedente significante, sicut infinite est formaliter, sequitur consequens significans sicut finite est. Et tam opponuntur finite et infinite mutabiliter et immutabiliter sicut necessarium et contingens, igitur etc. Vel detur ratio diversitatis.

Assumptum patet de hac consequentia: ‘Deus scit Sortem esse, ergo Sortes est’.

Item, posito quod Sortes contingentem peccabit A peccato, revelaverit hoc Deus B angelo, tunc fit argumentum commune ‘Deus revelavit angelo quod Sortes peccabit B peccato, ergo Sor peccabit B peccato’. Argumentum commune est. Obmitto.

Quarta conclusio: in consequentia bona et formali ex possibili

3 tertia] *iter. in marg. P1* ; est *add. P2* 4 contingentem] *con add. sed del. P2* 5 consequentia] *Sor add. sed del. P2* 14 ponendo] *quod add. sed del. P2* 28 etc.] *sup. lin. P1* 29 patet] *om. P2* 31 peccato] *rel add. sed del. P2* 35 quarta] *iter. in marg. P1*

sequitur impossibile. Patet arguendo ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis consequentie in qua ex necessario infertur contingens.

Contra tertiam, et per consequens contra quartam, sic: alicuius
 5 consequentie bone et formalis est antecedens necessarium et consequens
 contingens, igitur necesse || est sic esse sicut antecedens illius P2 66r
 consequentie significat et contingit sic non esse, sicut consequens
 significat, et ultra igitur possibile est sic non esse sicut consequens
 significat cum hoc quod ita sit sicut antecedens significat. Negatur
 10 ultima consequentia. Posset tamen replicari. Patet via.

Contra quartum argui posset ex diffinitione possibilis posita supra,
 habita ex 1 *Priorum* qua dicitur quod “possibile est quo posito in
 esse non sequitur impossibile”. Exponunt isti dicendo quod possibili
 alicui rei posito in esse non accidit aliquid impossibile illi rei. Cum hoc
 15 tamen stat ut dicunt quod ex possibili uni rei sequitur quod alteri rei
 est impossibile. Et forsitan ut dicunt hic posset negari.

Ultima conclusio: non per hoc quod futura vult Deus fore ipse est
 prescitus illarum. Patet ex premissis. Et subdit quod nullam istarum
 conclusionum asserit, sed tantum exponit examinatam et determinatam
 20 Ecclesie.

3 contingens] falsum est *add. in marg. P1* **4** contra¹] *iter. in marg. P1*
 quartam] arguitur *add. P2* **10** via] quarta *add. sed del. P2* **11** diffinitione]
 def *add. in marg. sed del. P1*